



Danskernes Historie Online

Danske Slægtsforskeres Bibliotek

Dette værk er downloadet fra Danskernes Historie Online

Danskernes Historie Online er Danmarks største digitaliseringsprojekt af litteratur inden for emner som personalhistorie, lokalhistorie og slægtsforskning. Biblioteket hører under den almennyttige forening Danske Slægtsforskere. Vi bevarer vores fælles kulturarv, digitaliserer den og stiller den til rådighed for alle interesserede.

Støt vores arbejde – Bliv sponsor

Som sponsor i biblioteket opnår du en række fordele. Læs mere om fordele og sponsorat her: <https://slaegtsbibliotek.dk/sponsorat>

Ophavsret

Biblioteket indeholder værker både med og uden ophavsret. For værker, som er omfattet af ophavsret, må PDF-filen kun benyttes til personligt brug.

Links

Slægtsforskeres Bibliotek: <https://slaegtsbibliotek.dk>

Danske Slægtsforskere: <https://slaegt.dk>

2024 10 31

Jens Poulsen Winding
Qvaestiones, 1634

Michael Vinding, dr. phil.

Jens Poulsen Winding, født 1609 i Vindinge (nu Fyrendal) nær Næstved, søn af provst, forstander ved Herlufsholm Skole, Povel Jensen Kolding.¹ Student Herlufsholm 1626, udenlandsk 1628-1635, bl.a. Franeker, Wittenberg, Polen, Königsberg, Groningen og Oxford, 1635-1655 professor, *lector theologiæ*, Odense Gymnasium og sognepræst til Åsum, 1637 magister. Gift 1636 med Karen Hansdatter Bruun. Død 1655 i Odense, 46 år gammel.

Jens' interessante liv, specielt hans syv år lange udenlandstur, har været genstand for en fin artikel af Kornerup, baseret på Jens' selvbiografi, *vita*; og en artikel fra min hånd.²

I 1633 udgav Jens Winding i Groningen en disputats om jøderne, *Disputatio politico-philologica de Judæis*.³

¹ For Povel Jensen Kolding, se Vinding 2024a.

² Kornerup 1957. Vinding 2021. *Vita* er tilgængelig på Danskernes Historie Online (Slægtsforskernes Bibliotek).

³ Kornerup (1957: 23) oplyser fejlagtigt, at Windings afhandling om jøderne er gået tabt. Der findes heldigvis en original i British Library. Denne er tilgængelig på Danskernes Historie Online (Slægtsforskernes Bibliotek).

Året efter disputerede Jens i Franeker under professor Georgio Pasore's præsidium med afhandlingen *Qvaestiones ex Lingua Ebræa, Syriaca, Arabica et Græca Depromptæ, ad Scripturam intelligendam pertinentes*.

I 2019 udgav Facsimile Publisher, Delhi, India, et genoptryk af Windings afhandling.⁴ Her fremgår det fejlagtigt, at Georgio Pasore er forfatter af værket. Fejlen skyldes, at Pasore, 1570-1637, professor i græsk i Franeker, i titelbladet skrives med større bogstaver end Winding. Afhandlingen indledes med en hyldest til kansler Christian Friis - det ville Pasore ikke have gjort. Endnu vigtigere afsluttes hyldesten med: Joannes Pauli Windingius, Auth. & Resp.

Efter afhandlingen er der et vidnesbyrd fra Pasore samt hyldester til Jens fra hans grandonkel Peder Iversen (Petrus Ivari Haunia-Danus), c. 1615-1654,⁵ og broderen Peder Winding (Petrus Pauli Windingius-Danus), 1613-1645.⁶

Kornerup har beskrevet og analyseret afhandlingen:
”Medens den nærmere Undersøgelse og Behandling af dette Skrift maa overlades til Orientalister, er der dog et Par Karakteristika, der her bør fremhæves. Disputatsen vidner om, at den unge Mand med Flid havde tilegnet sig Kundskaber ikke blot i Hebraisk, men ogsaa i Arabisk og Syrisk, for ikke at tale om Græsk. Den viser tillige paa typisk Maade, hvorledes han har været paavirket af Tidens

⁴ Udgivelsen var bestilt af mig. Jeg havde desværre ikke mulighed for at gennemgå et udkast af bogen før den blev publiceret.

⁵ Peder Iversen (Munk), senere sognepræst i Egtved, var Jens' grandonkel men yngre end denne; Jens' farfar og Peders fader var brødre. For Munk, se Vinding 2024b.

⁶ For Peder Winding, se Vinding 2024a.

Tilbøjelighed til at inddrage den rabbinske Teologi i sine Undersøgelser, idet han - til Dels med megen Anerkendelse citerer en Række bekendte Rabbinere. I saa Henseende fremtræder han som Discipel baade af den hjemlige Hebraist Niels Pedersen Aurilesius og af Sixtinus Amama i Franeker.

Den lille Disputats omfatter fire 'qvæstiones'. Det første angaar det Spørgsmaal, om det gamle Testamente er blevet overleveret Hebræerne med de samme Bogstaver, hvormed det nu foreligger skrevet. Winding benægter denne Opfattelses Rigtighed, men kan dog ikke slutte sig til Tanken om, at den hebraiske Skrift oprindelig er den assyriske; han holder paa, at den er af kaldæisk (aramæisk) Oprindelse (Th. 4,9). (Note: Denne Opfattelse er vistnok dannet under Indflydelse fra kalvinsk Side. Mærkeligt er det at se, hvorledes Windings Velynder Jesper Brochmand bestemt hævder det modsatte, ligesom han ogsaa holder paa Oprindeligheden af de hebraiske Vokaltegn...)

Under Behandlingen af disse Spørgsmaal optræder Winding som ægte Filolog, der bl.a. bestemt indskærper Nødvendigheden af at sidde inde med et grundigt Kendskab selv til de mest elementære Foreteelser i Sprogene (Th. 1-3).

Hans strengt videnskabelige Synspunkter bliver dog paa ejendommelig Maade krydset af en Betragtning af rent dogmatisk Art. Han kan vel ikke tilkende deres Mening stor Betydning, der hævder, at de nuværende hebraiske Bogstaver er de uforandrede, naar man argumenterer ud fra, at var dette ikke Tilfældet, vilde Skriftens Autoritet falde sammen - idet Bogstaverne forandres, maa jo ogsaa Indholdet blive ændret. Men ikke mindre dogmatisk imødegaar nu Winding denne Opfattelse: Forandringen af Bogstaverne var indført ved

Guds særlige Foranstaltning ved saadanne Mænd, som var aldeles uimodtagelige for Forandringer (immunes). Derfor hviler denne Forandring ikke paa menneskelig, men paa guddommelig Autoritet (Th. 19-20).

(Note: Af de følgende Qvestioner er II-III af rent lingvistisk Art (og viser, at man endnu 1634 i Franeker af typografiske Grunde var nødt til at gengive syriske og arabiske Ord med hebraiske Bogstaver). Quæstio IV handler om Muligheden af Forvanskninger i det nye Testamentes Tekst gennem Afskriverfejl, hvad Winding nærmest synes tilbøjelig til at benægte.)

For øvrigt kan bemærkes, at Disputatsen indledes med et Hyldestdigt paa Græsk fra Winding til Kansler Christian Friis til Kragerup, der havde vist sig som hans Velynder under Tildelingen af det kgl. Rejsestipendium 1630. Digtet indeholder ikke mærkværdige Tanker, men taler højt om Forfatterens Pietet over for sin Velgører, der som saa ofte i Datidens prises for sin store Velvilje over for Musernes Dyrkere og for sin Kundskabsfylde, hvorved han lyser som den funklende Aftenstjerne i den bælgmørke Nat.

Som det var almindelig Skik, gav ogsaa Studiefæller Udtryk for deres Hyldest ved at tilføje et Par Digte. Den ovennævnte Peder Iversen skrev et latinsk Digt til Ære for Forfatteren, og Broderen Peder Poulsen Winding, der aabenbart ogsaa maa have været en velstuderet Mand, hilste ham i nogle Verslinier paa Græsk, Latin og Hebraisk. Mere vejer det til, at Præses, den berømte Georg Pasor, følte Trang til at hædre sin Respondent med et Digt først paa Græsk, dernæst paa Latin ...⁷

⁷ Kornerup 1957: 24-26.

Jens P. Windings *Qvaestiones* er interessant først og fremmest fordi den viser en ung videbegærlig 25-årig dansk studerendes indgående kendskab til latin og græsk, men også østerlandske sprog, som hebraisk, og - formentligt kun lidt - arabisk (syrisk). Hertil kommer, foruden modersmålet, også tysk (og hollandsk?) og, efter opholdet i Oxford i 1634-1635, sandsynligvis også engelsk.

Qvaestiones viser, at Jens havde et godt kendskab til Biblen, men også til værker skrevet af prominente hebraiske lærde.

Som nævnt ovenfor tog Jens og hans slægtning Peder Iversen i 1634 sammen til Oxford. Den 4. september indskrev de sig i adgangsbogen ved Bodleian Library.

Fra starten af sin lange studietur i udlandet havde Jens med sig en stambog, *philotheca* eller *album amicorum*, hvori velyndere og venner indførte deres navne og sædvanligvis nogle bevingede ord.⁸

Jens forlod England i september og sejlede tilbage til Danmark. Den næstsidste indførelse i Jens' stambog er fra Peder Iversen (Petrus Ivari Havnica-Danus), dateret 30. august 1635.⁹

⁸ Ifølge Kornerup (1957: 8) findes Windings stambog i den Kall'ske håndskriftssamling, 8, nr. 681 i Det kgl. Bibliotek. Kornerup (1957: 59-62) har en oversigt over indførelser af danske venner og bekendte i stambogen.

⁹ Kornerup 1957: 62. Den sidste indførelse er fra professor Jesper Brochmand.

Jens ønskede at blive i Oxford til sin dødsdag, men blev kaldt hjem af sin fader og kansler Christian Friis. Var grunden til, at Jens ønskede at blive i Oxford ikke kun pga. det akademiske miljø? Blandt afskedsordene i hans stambog findes således disse ord:

*A cowardly louer shal neuver haue a
faire sweet heart*

Sir

*This few words shall
be as witnesses to giue a faith-
full testimony of the loue*

I beare you

AO.¹⁰

Ved sin hjemkomst i september 1635 blev Jens bebrejdet af biskop Resen og professor Brochmand fordi han havde været ulydig mod en guddommelig kaldelse til et embede. Måtte aflægge beretning over for kansler Christian Friis om sine syv år udenlandsk. Da kansleren spurgte, om det ikke var bedre at tjene Gud i sit eget land end i det fremmede, svarede den unge 26-årige verdensmand med at citere Marcus Ciceros berømte ord (efter Marcus Pacuvius):

*patriam esse
ubicunque bene est¹¹*

*fædreland er
[hvor jeg finder] leveforholdene er gode.*

¹⁰ Kornerup 1957: 29-30 (Philotheca 138b). Interessant, at den ukendte person AO skriver 'this' og ikke 'these'.

¹¹ Kornerup 1957: 31.

Det faldt kansleren for brystet, og Jens blev kritiseret for at have et sind, der elskede og higede efter det fremmede.

Jens måtte derfor kort efter, den 5. november 1635, undergå en offentlig prøve ved universitet. Blandt tilhørerne formodes at have været hans gamle ven Hans Svane, der samme år overtog stillingen som professor i østerlandske sprog.¹² Jens klarede prøven med stor berømmelse.

Kansleren besluttede derfor, at Jens skulle ansættes som professor, *lector theologiæ*, ved gymnasiet i Odense og som sognepræst til Aasum. En stilling med rang lige under biskoppen.

Jens var en polyhistor. Ligesom flere af hans slægtninge og venner, bl.a. hans broder, etatsråd, professor Rasmus Winding.

Som ovenfor nævnt blev Jens i 1636 gift med Karen Hansdatter Bruun – en ung, rig enke. Parret fik fire sønner, hvoraf kun én, lic.jur., assessor i Kancellikollegiet, Peder Winding til Lammehave, 1637-1684, overlevede forældrene.

Jens var åbenbart ikke altid lige let at være gift med. Det fortælles således, at Jens ville sove alene i sit studiekammer. Hustruen stod ofte op om natten, bankede på og ville ind. Det afslog han - også selv om hun tilbød ham så megen rhinskvin som han kunne drikke. Først efter at hun tilbød ham 50 rigsdalere til bøger blev hun lukket ind. Hustruen fortalte sin pige, at hun skulle bede Gud bevare hende fra slig en mand!¹³

¹² Svane overtog i 1646 med hjælp fra Brochmand professoratet i teologi - det vigtigste professorat ved Københavns Universitet.

¹³ Jacob Bircherod, d. 1737, citeret i Kornerup 1957: 35-36.

Litteratur

Kornerup, B. 1957, 'Lector theologiæ Jens Poulsen Windings Vita', *Hist. Filos. Medd. Dan. Vid. Selsk.* 37, no. 2.

Vinding, M. 2021, *Jens Poulsen Winding. En lærd i Odense i 1600-tallet*. Danskernes Historie Online (Slægtsforskernes Bibliotek).

- 2024a, *Forstander for Herlufsholm, Povel Jensen Kolding, 1581-1640. Hans levned og efterslægt*. Danskernes Historie Online (Slægtsforskernes Bibliotek).

- 2024b, *Iver Povlsen, 1566-1622, Borgmester i København. Hans Efterslægt*. Danskernes Historie Online (Slægtsforskernes Bibliotek).

Winding, Jens Poulsen (Windingius, I.P.), 1633, *Disputatio Politico-Philologica de IVDÆIS*. British Library. Danskernes Historie Online (Slægtsforskernes Bibliotek).

- 1634 *Qvaestiones ex Lingua Ebræa, Syriaca, Arabica et Græca Depromptæ, ad Scripturam intelligendam pertinentes*. Det kgl. Bibliotek, København. Danskernes Historie Online (Slægtsforskernes Bibliotek). Vedlagt som bilag 1.

- 1635 *Philotheca*. Kall'ske håndskriftssamling, 8, nr. 681, Det kgl. Bibliotek, København.

- 1641 *Vita*. Karen Brahes Bibliotek, Roskilde Kloster. Danskernes Historie Online (Slægtsforskernes Bibliotek).

Q V A E S T I O N E S

E X

Linguâ Ebræâ, Syriacâ, Arabicâ,
& Græcâ

Depromptæ, ad Scripturam intelligen-
dam pertinentes,

Q U A S

Σὺν Θεῶ

In Inclytâ Illustrum & Præpotentum Ordinum,
FRISIÆ Academiâ Franequeranâ,

P R Æ S I D E,


Clarissimo, excellentissimo, Linguarumq; peritiâ
longè instructissimo Viro,

D. M. GEORGIO PASORE, Græcæ
Lingux ibidem Professore dignissimo, Præceptore ac
fautore suo multis nominibus admodum colendo,

Publicè ventilandas Linguarum Studiosis proponit,

I O A N N E S P A U L I W I N D I N G I U S, D A N U S,

Die 13. Iana. locò & horis solitis.



FRANEKERÆ,

Excudebat Fredericus Heynsius Typogra-
phus in Academia Franekerana, 1634.



Magnifico ac perillustri

HEROI,

DN. CHRISTIANO FRIIS,
Domino in Kragerup & Engeltoft / Equiti aurato,
potentissimi Danorum Regis Cancellario magno,
regnorum Septentrionalium Senatori prima-
rio, Mæcenati & patrono suo benignis.

Πολλάκι μοι ὀρμαίνονθ' ὦ ζήήματα δώλω
Ταῦτα, σὺ ἡρώων ὦ φέρτατε, πρῶτ' ὤπηνταις,
"Ὅτι τὸ μελιχίσιον πατήπιον ὄμμα προσώπια
'Αμφαίνεις πάντεσσι, κ' ἐν ἰδοσύνησι πρὸ ἄλλων,
Κυδ' ἔχεις, καὶ ὡς ἐν ἄστροις νυκτὸς ἀμολγαῖ
'Ἐπιερ' αἰγλήεις ἐνὶ πατρίδ' ἐμῇ ἀμαρύσσεις,
Μουζοπόλοις ἀνέδλω ὀρέγων ὄπτικρον ὀπωπήν,
Κ' ὡν αὐτοῖς πρὸ φρων ἐπέτιν καὶ χερσὶν ἀρήγειν.
Τούνεκα πορσαίνω σοι τοῦτο λάλημα δικαίως.
'Αλλά νυ ἡμέτερῃσι παύλαρον ὄμμα τίταινε
Σπυδῆσιν, καὶ κεδιῆσι πρῆπιδῆσ' ἰποδέχνη
'Οἰά γα Μοῦσα πύρει, καὶ ὡς ἐμὸς οἶκ' ἐπαρκῆ.
Σεὶ τότε, τοῦ μεγάλου χερσοῦ μελέπειρα δίδοντ',
Δώσω ὁ κάλλιπον καὶ τιμηέσαιόν ἐστιν.

Magnif. V. humilimus cliens

JOANNES PAULI Windingius.

Auth. & Resp.

כהנא

QUÆSTIO I.

*An τὰ τοῦ Θεοῦ λόγια iisdem olim Ebraeorum
genti tradita sint characteribus, quibus
hodie conscripta extant?*

THESIS PRIMÆ.



CITUM est illud *Rabbi Jacob* in *Pirke Aboth* c. 4. פירקין בפרות דרורי רב קרן לטריט סנכס כרי שונונו quo innuit non esse in ipsa statim scientiarum artiumve adyta ἀνίπτοις χερσὶ καὶ ποσὶν irrumpendum, sed colligenda prius parandaque ᾠδασκευασικὰ, quibus instructi tutò illa perscrutari possimus.

I I.

Ut autem magna Theologo ac Philosopho, ita maxima Philologo, imprimis φιλεβραϊῶ τε καὶ φιλέλληγι, sapienti huic effato obtemperandi necessitas incumbit, ab eodemq̄, requiritur obviis illud ut amplectetur ulnis; cum in harum (puta Ebraeæ ac Græcæ) linguarum sacraria, ᾠδασκευασικαῖς ad ista nos ducentibus neglectis, difficulter introspiciatur, haud aliter ac in sylvam dumis densissimis obsitam, aut aquis ac paludibus undique circumdatam, nec ullius hominis vestigio tritam penetratur.

I I I.

Et huc non ineptè istud ad *Amphilocium Basilii* applicari potest: *Qui prima elementa ut parva despexerit, ecquando*

ecquando tandem absolutissimos percipiet sapientie fructus?
 Principia itaque nec temere, nec fastuosè prætereunda,
 sed tanquam præparatoria *προεργασια* omnino sunt
 adhibenda. Horum in censum quæstiones præsentibus
 inclusæ paginis meritò referendæ, quarum esto prima,
*An genuini sint Ebraorum characteres, quibus purissimi
 Israelius fontes hodie descripti exstant?*

I V.

Ejus négativam multi strenuè hæctenus impugna-
 runt, agmen *Rabbi Balmesio* ducente, asserenteque Scri-
 pturam hodiernam esse Scripturam sanctitatis, nomina-
 ri a. Assyriacam *שהיא מיושרת באותיותיה ויוצאה עמנו מאשור*
 hoc est, *quia recta est in literis suis, & exiit nobiscum ex
 Assyriâ.* Quò is docere vult Scripturam dici Assyriacam,
 quia eam retinuère Judæi in Assyriâ, eamq; ex illâ vicis-
 sim in Judæam importarunt.

V.

Quam ut convellamus opinionem, & à veritate de-
 tortam probemus, distinctè hîc agimus, & quidem mu-
 tatos esse characteres I. ex historiâ deportationis Babylo-
 nicæ 2.Reg. 17. descriptâ hac evincimus ratione. Quum
 Assyriorum Rex Salmanasar in locum Samariâ abducto-
 rum Israelitarum Babylonios restituisset, leonumque
 tanta regionem infestaret copia, ut incolæ ipsi, ab ido-
 lolatriâ nondum digressi, gulæ eorum diræ expositi es-
 sent, Rex Judæum Sacerdotem è captivitate curavit
 revocandum, qui populum vero Dei cultu imbueret, ac
 Mosaicam legem ei imbibendam proponeret. Quærenti
 hîc quâ linguâ, quibusque characteribus Lex conscripta
 à Sacerdote Judæo exportata fuerit, respondemus, iis-
 dem eum secum detulisse exaratam characteribus, qui-
 bus à Mose jam ante descripta erat.

V I.

VI.

Etenim ἀμήχανον erat Sacerdotem Chaldaicæ linguæ ignarum tantillo temporis decursu, qui inter coloniatum istarum introductionē, ejusq; ablegationem intercesserat, linguam & literas Assyriorum facere sibi potuisse familiares, cum ea Judæis omnibus fuerit ænigmatica: veluti elicere est ex Deut. 28. 49. ubi Chaldaica gens, Hieronymo teste, nuncupatur לשמע לשון אשר לא יאמר לשון eius lingua non percipitur, sive intelligitur. Veri itaque simile est, Judæum hunc secum legem caractere Judæis jam tunc usitato scriptam detulisse, eumque eandem Samariam inhabitantibus discendam tradidisse, quemadmodum etiam autor ד. הניקר הנגלר. rectissimè statuit.

VII.

Abducitur demum à Nebusardane Israelitarum Judæam inhabitantium pars reliqua, quæ in Babyloniâ captiva in annum Lxx substitit, quo è captivitate elabens lares patrios recolit. Heic autem gentem Samariticam idololatræ cultu, cum divino mixto, turgidam reperiens, hæresin abominata hujusmodi, characteres populo isti usitatos mutavit, ac ut insimul monumentum è captivitate redemptionis exstaret aliquod, in vicem propriarum literarum Chaldæorum sibi Scripturam adscivit.

VIII.

Ceterum Samaritas Vaticaniano à Judæis diffidisse odio testis est Iosephus Antiq. Jud. lib. 11. c. 2. & 4. Excommunicatos fuisse ab Esdrâ & Nehemiâ, docet Drusius de trib. Sect. Judæorum. λευκὸς λόγος locus est Johan. 8. v. 48. Et ad eorundem differentiam Judæos Profelytorum circumcissioni Baptismum addidisse, testatur Mayerus Phil. part. ima.

I X.

II. Assertū nostrū statūminam⁹ è punctis ac accentibus Ebræorum, purum putum Chaldaismum redolentibus, cujus farinæ sunt, שורק/חירק/יחיב/אתנהתא/טרחא/רגש/מפיק, terminationem maxime Chaldaicam sapientibus. Quod si autem punctorum & vocalium (quæ sunt לבושי הגופות) nec non accentuum appellationes Chaldaicæ sunt, ἀχρηστως sequitur ipsos etiam characteres esse Chaldaicos, cum unius linguæ literis alterius admiscere vocales absolum sit. Vid. Schind. in Gram.

X.

III. Veritati nostram sententiam esse consonam hæc evincit ratiocinatio. Si literæ Ebræorum & Chaldæorum olim fuêre diversæ, aut hi aut illis, aut illi ab his suas mutuati sunt. Diversas autem fuisse exerto quasi digito Daniel. i. 4. ostendit, ubi ait selectos esse adolescentes Judaicos, qui ספר/hoc est, interprete Rabbi Saadia in h. l. כתב Scripturam seu literas Chaldæorum addiscerent. Argumentamur. Nullus necessitate rem notam addiscendi urgetur. Atqui Daniel cum sociis teneretur necessitate percipiendi literas Chaldæorum. Ergo ipsi eę ignotæ fuerunt, aut saltim diversæ ab istis, quarum cognitionem è patriâ exportaverat. Neq; n. existimandum est cum proprię vernaculeque linguæ profanum, aut literarum rudem fuisse patriarū, cum dicatur משכיל בכל חכמה hoc est, *intelligens in omni scientia & sapientia, ut sciret rationem reddere omnium interrogatorum, & intelligeret omne quod audit*, veluti exponit hoc idem R. Saadias.

X I.

Quo posito posterius connexivi nostri Syllog. membrum tali roboramus argumentatione: Omni rei ab autoribus ἀξιόπιστοις prodite, nec non rationum momentis stabilitę

stabilitæ fides est adhibenda: At omnes inter autores summus est de characterib. Chaldæorum in agrum Ebræorum transportatis consensus. Fides ergo eis heic arbitrandæ est.

XII.

Cujus thesæus minori, nec non toti ut negotio robur ac vires conciliemus, I V. Testimonia autoritatemq; virorû, nostræ sententiæ amicè subscribentium, in medium producemus, quorum phalangem B. Hieronymo non injuriâ assignamus, quæstionem hanc in Prologo Galeato Estdræ verbis hujusmodi decidenti: *Certum est Estdram scribam legisq; doctorem post captam Hierusolymam, & instaurationem templi sub Zorobabele, alias literas reperisse quibus nunc utimur, cum ad illud usque tempus iidem Samaritanorum & Ebræorum characteres fuerint. &c.*

XIII.

Succedunt Rabbini, quorum autoritas magni etiam faciendæ, imprimis antiquissimi רמב"ן rotundis verbis mutationem factam esse declarantis. Sic enim ait: *Veni Acem, hoc est Ptolemaida, & inveni in manu senum illius terre monetam argenteam, quam ostenderunt Samaritanis, qui statim legerunt eam. Nam Scriptura erat Ebraica, que relicta fuit Samaritanis, quemadmodum prædictum est in tractatu Sanhedrin.*

XIV.

Nec minoris æstimandum testimonium Rabbi Ioseph Albo Hispani, qui c. 16. tract. 3. עיקר עיקרים in hæc fere verba erumpit: *Quando Israelitæ ascenderunt ex Babylone, visum illis fuit memoriam instituire secundaria redemptionis, id quod duabus in rebus fecerunt: primò, quod relicta scripturâ Ebraâ Assyriacam usurparunt, pro recordatione quod in Assyriam fuerant abducti, & inde liberati. Et dicunt Rabbini nostri &c. Quare vocatur אשורית / quia ascendit cum*

cum iis ex Assyriâ. Subjungit. *Et quantum videre licet ex Sugit Gemara ab initio capitis, omnes literæ Scripture quas modo habemus, & quibus scripti sunt libri (subintellige Canonici) non est Ebræa Scriptura absque dubio. Hactenus subtilis. Rabbi.*

X V.

Laudamus deniq; R. *Hafdam*, cujus consensum idem R. *Albo* hac μετὰφράσει nobis exosculandum præbet: *Ab initio data est lex Israelitis in Scripturâ Ebræâ, & linguâ sanctâ, quando autem redierunt è captivitate, in diebus Efdre elegerunt sibi Scripturam & linguam Assyriacam, relictâ Scripturâ Ebræâ idiotis h. e. Samaritanis, qui tunc habitabant in terrâ Israel, priusquam illi redirent, & reliquerunt ipsis Scripturam & linguam sanctam. Ecce Amoraym testantur, quod Scriptura illa, quâ hodie utimur non sit Ebræa.*

X V I.

His meritò πολύγλωττον *Masium* subjungimus, qui in Comment. in c. 7. *Josue*, Siclo Salomonis tempore cuso, cui inscriptæ fuerunt literæ Samaritanæ, idem evincere conatur. Confer *Beza* Annot. in c. 17. *Matth.* ubi non absimilem huic siclum depingit, in cujus alterâ facie ישראֵל ישראל siclus Israel, in alterâ ירושלים ירושלהם Jerusolyma sancta exsculpta erat. En testimonia non modo ab antiquissimis Judæorum magistris, sed & à recentioribus de literaturâ Ebr. optimè meritis hausta, quæ si in dubium vocas, Solis lucem in dubium trahendam autumas.

X V I I.

V. & ultimò Phœbéę lampadis instar nobis hic est locus *Ezech. 9. 4.* assertionem nostram valde illustrans, ubi Dominus gementium virorum frontes literâ יו signandas monet, sive cruce (alias caractere unctionis sacerdotalis, uti legere est in tr. *Schikardi* de jure regio Ebræorum)

rum) ut eruditiores non temere conjiciunt. Quam cum ultima Samaritanorum litera (teste omni exceptione majore Hieron. in h. l.) representet, non obscurè demonstratur, his genuinos, ac isto Prophetæ seculo usitatos Ebræorum characteres esse relictos, adeoque ab hodiernis diversos fuisse.

XVII.

Et de *תח* *Thau* ejusmodi locum intelligendum esse res ipsa indicat, non de nudo *סמן* seu signo: (nisi enim Deus id expressisset, Prophetæ in pingendo signo aqua hæsisset:) ut nec de *תח* ex fut. *תחמור* impiorum frontibus, & *תח* ex *תחיה* piorum imprimendo explicandum: cum tantùm ad hos restringatur designatio, ut videre est, ex ejusdem c. v. 6.

XIX.

Discutiendæ nunc essent adversariorum ratiocinationes, quibus nostra hæc delumbare penitus laborant: verum labore hoc volentes supercedimus, cum illæ stipulæ paleæque sint, quæ primum examinis ignem vix ferunt. Verbo contra herculeum, quod sibi fingunt, argumentum pugnabimus: *Si genuinus Ebr. character mutatus est, omnis veteris Fœderis autoritas corruet. Facile enim labi potuere סופרים mutando & transfundendo genuinum propriumque characterem in peregrinum. Quin imò dum literæ mutantur, res quoq; ipsas mutari probabile est.*

XX.

Respondemus breviter, mutationem hanc à viris congregationis magnæ אנשי כנסת הגדולה introductam esse, qui omnis erroris in doctrina immunes, singulari Dei instinctu hoc opus aggrediebantur. Eorum capita erant Esdras, Nehemias, Haggæus, Zacharias, Malachias &c. qui Judaicæ Ecclesiæ post Babylonicam captivitatem sordes eluerunt, scripta successu felicissimo

licissimo sacra lustraverunt, varietatem כתיב וקרי annotarunt, pristinoque splendori omnia restituerunt. Vide sis Ios. Gorion. In rebus verò nihil mutarunt. Itaque non humanâ, sed divinâ dicitur mutatio hæc autoritate.

X X I.

Hujus autem thesæus stabilieudæ ergo, non pigebit ex sapientis *Rabbi Albonis* עיקר עיקר libro (cum is paucissimorum Christianorum teratur manibus) nonnulla decerpere, ubi in hæc erumpit verba: *Etsi mutavit* (de Esdrâ illi sermo est) *Scripturam, tamen in rebus ei nihil mutare licuit.* Et Postea. *Non mutavit quidquam quod scriptum in lege exstabat. Quod si invenitur inter alias gentes vitia- ta ab eâ quâ nos utimur, aut in aliquâ rerum discrepantiâ, ecce discrepantia illa accidit ei culpâ interpretum, qui eam gentibus illis transtulerunt, neque satis in eâ exercitati fuerunt. Indai enim accuratè percensent legem & Elementa ejus, plenum & deficiens, ac celebres sunt propter numeratas literas & versus & accentus, adeò ut hæc omnia in chartis librorum descripta habeant, vocantes illud ספורה | cujusmodi nihil fecerunt gentes reliquæ. Ideoque de scribis dicitur, quare vocantur סופרים? quia descripserunt omnia Elementa quæ in lege exstant. Quæ res indicio est, quod eam conservaverint citra mutationem, quemadmodum per Mo- sen tradita fuit. Estq; rei istius argumentum in eo, quod hodie in manibus omnium Israelitarû, prout illi ab oriente ad occidentem per orbem dispersi sunt, in unâ copiâ citra discrepantiam invenitur ⁱⁱ. Verba cedro digna: quibus adde, quæ *Elias Levita* in Thefbite ad voc. סופרים hac de re in medium affert. Atque ita demonstravimus Judæorum hodiernum characterem non esse genuinum illum, quo V. Fœderis scripta olim sunt exarata. Quod probandum erat.*

Q U Æ.

QUÆSTIO II.

An Syrorum vocalis קפא per o sit
exprimenda?

I.

MUltum in verâ genuinaque vocalium ac consonan-
tium situm esse pronunciatione momenti, notius
est quam ut prolixiori probatione opus habeat. *Pausani-
am* certè pravâ vitiosaque prolatione vocum, coci pre-
tiosa obsonia malè condientis, nomen meruisse monu-
menta profana testantur.

II.

Etenim hominis est requisitum haut postremum, non
modò ut linguam habeat promptam ac volubilem, sed &
verba etiam, imò syllabas quascunq; genuino sono efferat.
Demoſthenem plurimum in litera ρ (pro quâ λ profere-
bat) pronunciandâ laborasse, accepimus. Atque ut fa-
bula, etiam optima, histrionis malè eam agentis vitio
exhibilatur; ita voces quæcunque ineptiùs prolatae dis-
plicent.

III.

Quamobrem non immerito genuinæ pronunciationi
vocalis קפא inquirendæ incumbimus, cui nos valorem
טוּ o assignamus; alii טג A obscuri: ita ut Ebræorum טג
קמך respondeat, quod (מרכב ut loquitur R. El. Lev.
מהפחח וחול) h.e. *Compositum est ex Patach & Cholem*: un-
de Judæi hodierni semper illud per o efferunt. Quæ licet
antagonistis largiri possemus, tamen cum errantium mul-
tudo non pariat errori patrocinium, meritò ea perstrin-
gimus.

IV.

De Judæis quidem non modò per Germaniam disper-
sis, sed

sis, sed & Poloniam inhabitantibus res est certa: quippe qui illud semper per o exprimunt: verum, rectè id an secus fiat, quæritur? Certe istos à verâ nonnullarum literarum pronuntiatione multum recessisse, docet n quam tam in fine, quàm in medio positam per S efferunt, licet à v parum differat, Græcorum θ valens, ut patet è vocibus Gr. in Rabbinicam linguam translatis, cujus generis est ק"ח vel ק"ח à θήκη. Theobites p. 73. Adcoque Apelleæ ejusmodi pronuntiationes si non exploduntur, saltem, quod ab antiquo pronuntiandi modo alienæ sint, suspectæ redduntur.

V.

Vt ut sit, nemini de prolatione תֵּן γֵן bellum indicimus; hoc solùm quærimus, *An dicta vocalis נֵן per o (respondens cuicumque Ebraorum o) exprimenda sit?* quod defendendum suscipimus, his suffulti argumentorū tibicinibus, quorum I. est. Si nulla gens est aut natio, quæ non necessitate urgeatur adhibendi תֵּן o, utiq; etiam Syri. Atqui verum prius. Nec enim Ebræi, nec Chaldæi, nec Arabes, nec ii, qui ex his profluentibus utuntur linguis, illo destituuntur, quamvis nonnulli pauciores numerent vocales, quos inter Arabes tribus tantum Fatha nempe, Kefra & Damma instructi, quarum tamen ultima semper o (nisi Vau sequatur quiescens) sonat. Gabr. Sion. Gram. p. 18. Syris igitur etiam o erit.

V I.

II. Arg. נֵן eam valebit vocalem, quâ in N. Fœdere ab Evangelistis expressa exstat: At ii per o eam repræsentarunt. E. Majoris veritas lucida est: Minori robur suppeditatur è voce תֵּן occurrente Marc. 15. 34. quam Evangelista effert per Gr. ἐλωί, Dsekopho per o sive o vocalem repræsentans. Cæterum sanâ mente nullus ἐλωί vocem esse Syram inficiabitur, cum reliqua
Euange-

Euangelistæ verba hujus farinae esse omnibus in confesso sit. *Λαυμα̃* enim quis dubitabit esse Syro-Chaldæum *ܠܡܠ* / cuius *Scheva* per *A* frequenter exprimi solet, ut in *Salomon* pro *Schelomon* *ܫܠܘܡܘܢ* / *Nabuchodonosor* pro *Nebucadnezar* *ܢܒܘܚܕܢܐܨܪ* / *Samuel* pro *ܫܡܘܐܝܠ* *Schemuel*, *Zabulon* pro *Zebulon*, *Talitha* pro *ܬܠܝܬܐ* *Telitha* &c. eodemq; modo *σαβαχθανι* pro *ܫܒܚܐܢܝ* positum esse, quis negabit?

V I I.

Præter hoc manifestissimum rei hujus exemplum in vocab. *γολγοθᾶ* *Matth. 27. 33.* existat, quod citra omne dubium Syriacum *ܢܗܠܘܘܢ* vel *ܢܗܠܘܘܢ* est / *Dsekopho* per *ὀμικρον* expresso: ut alibi in voce *Νικόλαος*, *Act. 6. v. 5.* addito interdum *Vau*, ut in *פּרוּכּוּרִים* / ad indigitandum veram in hujusmodi vocibus latere τᾶ ο prononciationem, & compensari τὸ *Vau Cholem* per *Vau* & *Dsekopho*, ut in nomine *Joseph* & *Hiroudis*, quod tamen & per vocalem solam exprimitur, ut in voce *יב* *Matth. 1. &c.*

V I I I.

III. Arg. Per quamcumque vocalem *Jacobita*, qui natione Syri sunt, *Dsekopho* efferunt, eam valebit: At ii per ο eam perpetuò efferunt. E. Minorem succollat *clariss. Drusius* in *Comm. Post. ad voces N. T. c. 13.* ubi asserit eandem vocalem ab iis insigniri nomine *Odom*. Hinc apud *Hieron.* *ܐܬܗ/ܠܚ* / non *Atha, lecha*, sed *Atho, lecho* leguntur.

I X.

IV. Arg. Si Syrorum, quotquot sunt, vocales è *Græcâ* linguâ dimanarunt, earum, per quas repræsentantur, *Gr. vocalium* potestatem obtinebunt: Atqui id omnium ferè eruditorum calculo verum est. *Petacho* enim quasi *α* *A* est, *Rebhozo* est *ε* *E*, *Chebhozo* η *j*,
B 3
η, Ezozo

Ezozo ὁ U vel Y est : itaque, ut prima τῶ α sive A , secunda τῶ ε sive E , tertia τῶ η seu I , quinta τῶ h. c. U respondet , sic quarta Dsekopho τῶ ο sive o valorem obtinebit.

X.

V. Pugnamus autoritate Philologorum omnium & Grammaticorum facilè principis *Masii* , hac de re ita differentis : *Neque enim Syros probare possum , qui secundo loco o collocant , quasi affine ipsi A , quanquam non nesciam eos qui Chaldaica interpretationi Sacrarum literarum , quam Targum appellamus , vocales apposuerunt mendosissimè sanè plerumque , nec satis bono cum iudicio , eos , inquam , pro istâ quartâ vocali ubique Iudeorum Kamez scripsisse , nimirum quia illud magnam cum quartâ vocali habet affinitatem.* Hactenus ille. Cui *Dn. Trostium* admiscemus magni hic æstimandum , qui in Gram. Syro-Chaldæâ vocali huic valorem τῶ Kamez Chatuph adscribit , ac vocem ארם effert per *Odom*. Rom. 5. 14. Edit. Cothen.

X I.

VI. Urgendum esset & hoc, E puris elementis non esse mixta constituenda : sed pedem ad contrariæ opinionis patronos promovemus , qui enervandarum thesaurorum jam positarum ergo , loca in quibus Dsekopho per Kamez seu A exprimitur , objectant ; & quidem primò Gen. 31. 47. ubi vox סהרותא : secundò 1. Corinth. 16. 22. ubi ארתא מרן ארתא *Maran àthá* : tertio Matt. 1. ubi אברהם / חמר אברהם &c. occurrunt.

X II.

Quæ tela ut declinemus, (1) ea quæ thesaurorum VI. & VII. constituunt opponimus. (2) respondemus , nos non inficias ire alicubi Dsekopho per קמץ Ebr. scriptum esse , at in lectione id per o expressum contendimus. (3) Dicimus id factum esse , quia commodiorem , quâ Kamez exprimerent

merent, non habuerunt vocalem. (4) Ne prorsus Pe-
tacho & Kamez confunderent. (5) asserimus Paulum
more Chaldæorum pronunciaſſe verba citata, vel certè
uſum fuiſſe dialecto tunc Ebreis familiari Hieruſolymitanâ,
quæ dialectus eſt Syræ linguæ quinque dialectos
habentis: Babylonicam puram, Babylonicam impuram,
Hieruſolymitanam, Antiochenam ſive Maroniticam,
(quâ Novum Teſtamentum deſcriptum habemus)
& Talmudicam.

XIII.

Instant muniti autoritate Tremellii, viri aliàs de lite-
raturâ Syrà optimè meriti, qui in Gram. Syro Chaldæâ
hanc proponit obſervationem: *Obſervandum autem quod
Syr̄i o vocali prorsus carent: ideo nec Hholem nec Kamez bre-
vi utuntur, ſed ubicumque illa ſcribenda eſſent, vel mutant
ea Schurek, vel in Patach ſequenti ſchevâ literæ Vau ſubjectâ
reſolvunt.* Verum enim vero (ſalvâ tanta viri autorita-
te) regulam à veritate nonnihil eſſe alienam asſerimus.
Exempla enim contrarium multa demonſtrant: v.g. Act.
11. exſtat **סואתת/** vox ſcribenda cum vocali o, quam nec
in Schurek, nec in Patach ſequenti ſchevâ literæ Vau
ſubjectâ heic Syr̄i reſolvunt, ſed eam per nudum Dſekopho
exprimunt. Sic in vocibus **אלא** Apollo **ἀπολλῶς**, Act.
18. 24. **פנטיוס** Pontius, Luc. 3. 1. **קרוקליר** Eurochidon, Act.
27. 14. **פטרבא** Patroba, **ביללוג** **φιλόλογος**, Rom. 16 14.
& 15. **כלל** **χλόη**. 1. Corinth. 1. 11. **נומו** **νόμος**, paſſim in
N. Teſt. &c. Dſekopho valorem & vicem τοῦ o ſuſtinet.
Imò, niſi Ebræorum Vau Cholem eâdem in **אלש/**
אלמש/ **נה** / quæ ſunt à **וש/** **וש/** **מש/** **נה/**
enunciatur, parum hîc mihi videre videbor. Et tan-
tum de vocalis Dſekopho pronunciatione.

Q U Æ

QUÆSTIO III.

An verbum Arab. **אלה** radix sit Ebr.
 nominis **אלהים** *δυσκολογία*?

I.

Linguarum omnium matrē לשון הקדש / sive linguam sanctam ob confusionem, ac cum gente in captivitate Babylonicâ peregrinâ mixtionem, non tantum diminutam, sed & truncatam, plurimisque rerum notis vocabulis, (quorum tamen ingentem segetem filiabus suis Chald. nimirum, Syræ & Arabicæ reliquit, ac in earum agris renasci quasi & maturefcere fecit,) spoliatam esse omnibus in propatulo est.

I I.

Testatur id Rabbi Eliahu in præfat. Thesb. his verbis: הנרה בידוע כי אין בידנו היום מלשוננו הקדשה רק מה שנמצא בכר ספרי המקרא ודברים מעטים מרבני המשנה לכן לא נוכל לדבר כל צרכנו והורכנו לערב בה שן שאר לשונות הגוים כגון ארמי פרסי ויני ערבי רומי ודומיהם וי. Testantur idē derivatę voces plurimę, quarum שרשים hoc est, primitiva in ipsa lingua Ebræâ inusitata, in aliis usitata sunt: cujus generis est שגר, quę Exod. 1. 12. occurrit, radicem habens Ebræis inusitatam שגר / Chaldæis autem usitatam, tantundemque significantem ac misit, vel emisit. Sic *τοῦ* שרר radicem nobis Syri præstant, apud quos שרר stabilivit notat. Similiter primitivum vocabuli שמש ex verbo Chaldæo-Syro שמש ministravit, petitur.

I I I.

Pari ratione in Arabico sermone, כי שהוא קרוב פאר, *quandoquidem ille valdè propinquus est lingua sancta*, ut ait sapiens *Abenezra*, usitata multa primitiva reperire est, quę in Ebr. prorsus *אֲחֵרָא*. Quorum in numero

numero $\tau\delta$ אלהי adoravit, esse contendimus, ac genuinam radicem nominis pl. אלהים seu sing. אלה centenus, de cujus primit. aliàs Grammatici certant, & adhuc sub Judice lis est.

I V.

Nonnulli n. eam constituere $\tau\delta$ איל / unde איל fortis, quasi fortem dicas אלה: alii $\tau\delta$ אלה juravit, illi assignant, quòd nomen אלהים illud sit, quo in juramentis à Magistratu impositis utendum est. Illorum notationem participium Gram. ei, qui ἀκροθιγῶς Ebraica attigit, notum infringit: nimirum, quod ה / si sit addititium vel servile, accedente terminatione plurali excidat: At ה in אלה si deducatur ab איל fit servile. E. excidit, quod falsum. Itaque ab ea non est radice. Horum Etymon enervat ac explodit minus apta translatio, seu significatio vocis אלהים / quæ esset jurator, vel juramentum.

V.

Unde concludimus dictam radic. Arab. olim unam primitivarum vocum Ebraicarum fuisse, atque ab illa augustum hoc nomen אלה / quod notaret adorandum, colendum, timendum, promanasse.

V I.

Firmamus autem assertionem his argumentorum fulcris: I. Cujuscunque vocis ex ea, in qua exstat, lingua ratio reddi nequit, illa ex cognata petenda est. At ratio $\tau\delta$ אלהים ex Ebr. lingua, in qua reperitur, depromi nequit. E. Majorem suffulcit Thesis II. in qua rei hujus manifesta specimina exhibentur. Præterea idem aliæ ostendunt linguæ: Verbi gratia, Latina, in qua si quippiam occurrit cujus ratio non deprehenditur, actutum ad Gr. confugitur, ut, daturi nominis Avenæ rationem, recurrimus ad Græcam, in qua *άνα*, vel *άνω* occurret, innuens ariditatem magnam huic segetis generi

neri præ cæteris inesse. Sic Carbo à *καίρω* sicco, quasi dicas, lignum siccum. Et pomum denotans propriè omne vescum, à *πῶμα* vescor, &c. Cum verò nec à Chaldæa, nec Syra, nedum alia aliqua lingua ratio nominis hujus proficisci queat, relinquitur Arabicam esse, quæ nobis genuinam radicem præstet.

V I I.

II. Illa vera est notatio, quæ ita ab ipsa rerum forma deducitur, ut toti non aliquando, sed semper, sed frequenter, sed perpetuò (ut loquitur *Goddæus* de verb. & rer. significat.) conveniat: At illa quæ fit ab *לה* toti semper convenit. E. Minorem nemo nisi vel *ἄθεος*, vel Epicurus alter qui nos nec Dei perturbari metu, nec benevolentiam delectari vult, imbecillum dicet. Majori, ne meridiano soli lucem addere videamur, probationem non apponimus.

V I I I.

Referenda huc ea sacrorum monumentorum loca, in quibus soli Deo adoratio tribuitur, ut Exod. 20. 5. Levit. 26. 1. Deut. 5. 9. quorum eruditam explicationem vide apud *Rabbi Ios Albonem* in *עיקר עיקר* / ubi pulcherrimè solum Deum adorandum inculcat, quia 1. *Immutabiliter beneficus*: 2, *non opus habet alterius auxilio*: 3, *præditus est facultate faciendi duo aequaliter contraria*: 4, *non impeditur ab alio*. *Tract. 4. c. 17.* Nota illud *Matth. 4. 10.* *Κύριον τὸν θεὸν σε προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις.*

I X.

III. Autoritatem addimus non tantum *Hieron.* & *Ioan. Merceri* in *Jobum*, sed & ipsius *R. Abenezra*, qui frequenter vocabulorum vim & sensum ex hac (quæ *לשון ימין* nominat) enodat, ut, Exod. 15. 1. Dan. 2. v. 14. & 3. v. 2. & 6. v. 18. Cant. 1. 13. & 2. 13. & 5. 7. item c. 8. ubi tandem in hæc erumpit verba: *כל מלה של נמצא לה חבר במקרא*

במקרא ויש ליה דומה בלשון ישמעאל נאמר אולי פירושה כן אע"פ
 ו' שהדבר בספק ו': quibus innuit dictionem semel tan-
 tum in Canone occurrentem ex Arabica esse expo-
 nendam.

X.

Etsi verò viri nonnulli magni vocem אלה inter primiti-
 va collocent, id ideò eos fecisse existimandum, quia in
 ipsâ linguâ sancta vox nulla usitata, quæ radix ejus esse
 possit, ipsis occurrerit; neque ideò labor eorum inanis
 censendus est, qui rationem & originem ejusdem com-
 modam in lingvis quarunt cognatis. Atque ita decla-
 ravimus Arab. אלה veram radicem esse vocis אלהים, no-
 minis D. T. O. M, qui verus est אלה ואלה אלה הו.

QUÆSTIO IV.

*An in novo Testam. σφάλματα occurrant vitio
 eorum, qui illud calamo aut typis descripserunt?*

I.

R Esp. Multis videtur. In quibusdam exemplaribus
 Luc. 10. 35. legimus πωλοχεύς pro πανδοχεύς, sed per-
 peram. Componitur enim ex πᾶν & δέχομαι.

II.

Ephes. 6. 1. πρὸς τὰ πνευματικά τῆς πονηρίας, pro πρὸς
 τὰ πνεύματα τῆς πονηρίας. Ebraismus, pro πρὸς τὰ πνεύ-
 ματα τὰ πονηρά. Sed lege hac de re *Danielis Fechneri Hel-
 lenolexiam*, ubi phrasin hanc verè Græcam esse abunde
 probat. Ibidem Eph. 6. 12. ἐπὶ τοῖς ἐπαινετοῖς pro ὑπαινετοῖς.
 Sic Matth. 27. v. 9. ἱερεμίου pro Ζαχαρίας 1. Thesl. 2. 7. ἡπίοι
 pro ἡπίοι. Rom. 12. 11. κειρῶ pro κυρίω, כּוּרְכּוּ. 1. Cor. 13. 3.
 ψωμίζω, alii ψωμίσω. Act. 23. 14. γευσαῖται, alii γέυσεσθαι.

Ad has, aliasque id genus apparentes ἀσυμφωνίας in ipsa respondebimus disputatione.

I I I.

Luc. 2. 14. ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία pro ἐν ἀνθρώποις εὐδοκίας. Hic videtur debere esse εὐδοκίας casum secundum, & non casum rectum εὐδοκία. Nam (1) Totus hic versus debet esse ἀσύνδετος, aut copula imprimis in postremo membro fuit exprimenda. (2) Origenes Hom. in Luc. 13. & Chrysostomus homiliâ in Matth. 36. legerunt εὐδοκίας. (3) Vetus quoque interpres legit, *in hominibus bona voluntatis.*

I V.

1. Cor. 6. v. 5. ἀνὰ μίσην τῶ ἀδελφῶ, pro τῶν ἀδελφῶν, veluti Syrus & Arabs habent, ἀνὰ μίσην ἀδελφοῦ καὶ ἀδελφοῦ. Resp. Ἀδελφοῦ hic est quasi collectivum. Confer 1. Tim. 2. 15. εἰν (γυνή) μένωσιν ἐν πίστει, si manserint in fide. γυνή hic est collectivum & sexum complectitur.

V.

Act. 15. 17. videtur σωθέντων scriptum pro σωθέντη: est enim primæ contractorum. Sed respondetur nomina propria primæ contractorum habere in accusativo singulari nonnunquam terminationem primæ simplicium. Sic Δημοθέντων dici pro δημοθέντη; & σωκράτων pro σωκράτη. Ne mireris, inquit Priscianus lib. 6. si quando apud Latinos legeris ὁ Socrate. Nam Attici propria nomina primæ declinationis contractorum, ut σωκράτης, accusandi & vocandi casu instar nominum primæ declinationis simplicium declinant, ut τὸν σωκράτην & ὦ σωκράτη.

V

Sic Luc. 3. v. 35. Ante nomen τοῦ Ἀρφαξάδ legitur in quibusdam exemplaribus τοῦ Καϊνῶν, quod ex Lxx versione in margine adscriptum, & deinde ab aliquo imperito qui describebat, ipsi textui authentico fuit insertum.

rum

rum quia in omnibus exemplaribus lectum non fuit, re-
 ctè omittitur, idque ex veritate ac conformitate textus
 Ebraici cum Græco.

V I I.

Astor. 12. 14. legitur ἐσαῖναι in exemplari Plantiniano,
 sed in Stephani editione ἐσαῖναι. Quæritur uter accentus
 sit melior? Resp. Non de solo accentu hic esse quæ-
 stionem, sed etiam de ipso verbi tempore. Qui scribunt
 ἐσαῖναι, eos deducere illud ex præter. act. inf. ἐσακέναι, unde
 per Syncopen τοῦ κ & κράσιν duarum vocalium α ε fit
 ἐσαῖναι. *Omnis enim penultima syllaba contracta habet cir-
 cumflexum, si ultima sit brevis.* Atqui ultima syllaba hîc
 habetur pro brevi. Et si in ἐσαῖναι (pro ἐσακότες) circum-
 flectitur penultima, quidni etiam hoc in loco? Sed qui
 scribunt ἐσαῖναι habere illud pro præter. activo ἐσαῖναι,
 qui accentus nobis videtur verior. Tenendum hic non
 tantum dici ἴσημι, sed etiam ἔσημι. Sic ἰλιάδ. β. v. 34.

Τίπτε κατὰ πῶσον ἴσες ἀφίσαιε, μίμνετε δ' ἄλλους;

Cur trepidantes absceditis, & expectatis alios?

Hic ἀφίσαιε est 2. pl. præter. act. à verbo ἀφίσημι pro ἀφί-
 σημι. Necessarium sic resolvendum esse verbum hoc,
 nec aliis analysis locum dari, fatebitur qui penitius
 ipsum hoc exemplum introspexerit.

V I I I.

At dicat aliquis, quomodo ἔσημι dici potest pro ἴσημι.
 Resp. Attulimus auctoritatem *Homeri*, quæ satis esse
 potest, apud quem etiam legimus ἐσαῖναι Ionicè ex Do-
 rico, ἐσαῖναι pro ἐσαῖναι, & hoc pro usitato ἐσαῖναι stare.
 Vide ἰλιάδ. δ. 342. ἰλιάδ. μ. 316. ἰλιάδ. σ. 675. ἰλιάδ. κ. 480.
 ἰλιάδ λ. 410. ἰλιάδ ν. 56.

I X.

Ergo si Grammaticam desideres audire rationem,
 dico esse reduplicationem, seu augmenti ex præterito

mutationem. Et sicut pro θνήμι dicimus τέθνημι, pro τλήμι τέτλημι, pro κλύμι κέκλυμι, ita etiam pro ἴσημι dicimus ἔσημι.

X.

Ratio hujus comparationis hæc est. In ἔσημι assumitur augmentum præteriti quod est ε̄ aspiratum. Solet initialis litera in præterito repeti: sic pro ἔτυφα dicimus τέτυφα: ita hic in præterito repetitur initialis spiritus, qui est loco literæ. Et revera H A esse literam in linguâ latinâ sola lingua Ebræa abunde confirmat. Sic apud *Homerum* τέλαρπόμῳ pro ταρπόμεῳ a. 2. med. part. *ιλιαδ. ι. 702.* Νῦν μῶν κοιμήσαθε, τέλαρπέμῳσι φίλον ἦτορ σίτῃς ἔοινοιο. τὸ γὰρ μῦθ' ἐστὶ καὶ ἀλήκη.

Nunc quidem ite cubitum, refecti ex animi sententiâ cibo & potu. Hoc n. hominis robur est & virtus. Alia innumera id genus exempla hîc præterimus: & ne dissertatio hæc nostra limites excedat disputationis, libet de tabula manû.

Gloria Soli Deo.

P R Æ S E S

Ad florentissimum & literatissimum

D. JOANNEM PAULI WINDINGIUM DANUM,
respondentem.

Οὐ μικρὸς τὸ δέμας, σοὶ ἔη καὶ τὸ ὄνομα Παύλῳ,
ἔϊτα καὶ ε̄ μικρὸς τὰς σέθεν ἐσὶ Φρένας.
Θαῦμα λέγω. σὺ εἶς ἡμῖν ἀνθρωπῳ εἰκας,
Νῦν σ' ἐπ' ἀγλωπῶν, κυδάλιμόν θ' ὄρω.
Οἶδ' ὀμφῶ δανικῶ, τῶ ἐλλάδα, ῥωμαϊκῆν τε,
ἰθραϊκῶ, συρικήν, τεύβοικῆν, κ' ἀραβῶν.

Latinè

Latinè verbo tenus.

Corpore non parvus, quamvis ita P A U L E voceris,
 Nec sanè parvus mente tuâ fueris.
 Mira cano: nobis homo qui vulgaris haberis,
 En septem lingvis te scio scire loqui.
 Scis etenim Danicè, Hebraïcè, Græcè atquè Latinè,
 Syriacè, Arabicè, Teutoniceque. vale,

A D E U N D E M.

A *Ttica sicut apus saltus sylvasque pererrat,
 Ad se mellificam vim sine fraude trahens:
 Acceptoque onerat sua crura levique volatu,
 Ad tenues prædam gestat onusta domos.
 Non proprios, hominum sed conspicientibus usus,
 Egregios variâ construit arte favos.
 Sic tibi VVindingi jam dextra benigna Potentis,
 Eloquii dotes ingenique dedit,
 Dum tibi scriptura constans est lectio cordi,
 Et volvis fontes sedulitate sacros.
 Nunc tandem sinem faustis imponere cæptis,
 Perge; at & incæptam currere perge viam.
 Quo Patria terra fructus aliquando decentes
 Pendas, atque aliis commoda multa feras.
 Perge bonus avibus, pergas duce & auspice Christo,
 Conferet ingenio hic præmia digna tuo.*

Honoris & fraternitatis ergò lubens apposuit,

P E T R U S I V A R I
 Haunia-Danus.



A D E V N D E M
D N. R E S P O N D E N T E M,
·Fratrem suum charissimum.

Ἐπιεικὲς ἂν πινυλῆ γε περὶ Φρένας ἐσὶ ῥα τέχνη,
Laudibus o frater tu quoque dignus eris,
 Ὁ ζαθέων ἄρρητον ἀμειγόμενον γάλα γλωσσῶν,
In cuius fundo ars abdita tota jacet.
 Ἄλλ' ἐκ τοῦ ἐρέω, τόδε κἄν τελεέσθ' οἶω,
Si pergas, magnâ laude vehendus eris.

אנן סורו בחורים
 לפדו אפן להנים
 כי בלי להגן לשונם
 תהיו עורים בתורת

P E T R U S P A U L I
 Windingius-Danus.

